

DE MANDATO DECANI,

ET MM. DOCTORUM-REGENTIUM FACULTATIS MEDICINÆ PARISIENSIS.

UM Hymnis & Canticis, dum in Cytharis & Jubilationibus singuli almæ hujus Urbis exultant Ordines, Ecquis vel intimiore gaudio per-

fundi, vel vividiori lætitiâ geſtire debet, quàm Medicorum Pariſienſium Ordo Saluberrimus !

REGI Filium amantiſſimum, REGINÆ Prolem dilectiſſimam, S. DELPHINÆ Conjugem cariſſimum, Regno & Patriæ Spem dulciſſimam reſtitui lætantur Cives.

Sed ſalvum feciſſe Principem Auguſtiſſimum, Medicis proprium eſt; atque S. DELPHINUM, ancipiti periculoſiſſimoque *Variolarum* morbo decumbentem, adhibitis efficacibus tutiſſimiſque remediis quàm acerbæ tam immaturæ Morti ereptum, non GALLIÆ ſolùm, ſed & toti EUROPÆ reddidiſſe jure gloriatur ac merito Ars noſtra ſalutaris.

Communi igitur & propriæ indulgeant lætitiæ Medici Pariſienſes, inexhauſtoque Bonorum omnium Fonti, DEO Optimo

Maximo , tam fausti successûs Gratias referant immortales.

Idcircò FACULTAS MEDICA PARISIENSIS in Scholarum suarum Sacello solemne Sacrum celebrari decrevit, à quo Hymnus exultationis, *TE DEUM*, cantabitur, die Sabbati nono mensis Septembris, anni 1752, horâ ipsâ decimâ matutinâ.

DATUM Parisiis in Scholis superioribus, die primo ejusdem mensis & anni.

BARON, *Decanus.*